

3121

LITURGICI

3122

Cantuar. perperam *mart.* 22. Jun. *Albinus* (Albanus) *protbomartir anglie.* 7. Jul. *Translacio thome mart.* 22. Sept. *Mauriscus* (Mauritius) *mart.* 13. Oct. *Translacio edwardi regis.* 15. *Wulfrannus ep.* 16. Nov. *Edmundus archiep.* 20. *Edmundus rex.* 29. Dec. *Thomas archiep. cantuar.* Quoniam vero eodem colore quidam *Belgii* Indigetes descripti sint, Libellum pro *Anglia* quidem, sed in *Belgio* paratum fuisse censeo, quod et manus Librarii confirmat, et pictura, qua tunc maxime clarebant *Belgae*, quamque Exteris etiam commodabant. Post *Calendarium* igitur sequuntur Horae *B. Mariae*, ubi ad calcem *Laudium fol.* 46. p. 2. legas: *Sequitur prima secundum usum sarum.* Itaque et Ecclesiam *Sarisberiensem* tenemus, cujus ritum Libellus exhibet in eo peculiarem, quod cuius Horae plures Commemorationes subnectuntur. Succedunt Preces plures ad Deiparam, variosque Coelites, et Psalmi *de Poenitentia* cum Litanis OO. SS. in quibus *Gildardus*, *Medardus*, *Albinus*, *Zwibinus*, *Birinus*, *Wulfrannus*, *Editba* et *Affra* invocantur. Ejusmodi Horae in usum *Sarum* tardius non semel *Parisiis* impressae sunt.

DCCCLXXXIII.

975 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 230. 12. nitidissime exaratus, ut *Codex DCCCLXXII.* a cujus etiam Pictore, sive ornatum *Calendarii*, sive Flores et

Animalia per margines sparsa spectes, profectus videtur, multis praeterea Frontispiciis *historiatis* decorus *Horarium* est, cui haec insunt: *Calendarium* eadem SS. *Belgicorum* nomina purpurata exhibens, quae *Codex* mox cit. Officium de Cruce, de S. Spiritu, Missa de Beata V. *Maria*, Initia Evangeliorum, Officium de Beata *secundum Usum ecclesie romane*, Psalmi *de Poenitentia* cum Litanis OO. SS. Vigiliae Mortuorum, et aliae quaedam Preces, quas inter Symbolum *Athanasii* dictum. In Frontispicio p. 32. Scutum visitur rubrum Anserem, seu Cygnum argenteum continens, quod an *Valencennas Hannoniae* referam, nescio. Thecae utriusque impressum *Ludovicus bloc*, et ut *Cod.* cit. *Ob laudem christi librum hunc recte ligavi.*

DCCCLXXXIV.

Codex membraneus lat. Sec. 976 XV. Folior. 153. 12. commode perscriptus, literis initiorum deauratis, picturatis, partim etiam historiatis, et Iconibus IV. ornatus *Horarium* est praevio *Calendario*, in quo plures *Belgii* Indigetes purpurati. Sequuntur: Horae de cruce, de B. V. *Maria*, Psalmi *Poenitentiales* cum Litanis, Vigiliae Mortuorum, aliae Orationes, quarum una lingua *gallica*, altera ad D. *Drogonem* maxime *Valentianis*, seu *Valencennis* cultum apud *Hannones*. Ad calcem picta est figura Calicis cum rubrica hujusmodi: *Cest la mesure*

Q q 3

re

3123

C O D I C E S

3124

re de la benoite playe du coste nostre seigneur ihesu crist laquelle fut apourtee de constantinoble au noble empereur charlemaigne deans vne chasse dor enbassée que nulz ennemys ne luy puissent nuyre en bataille &c. et plures ejusmodi Preces praemissis rubricis gallicis superstitiosis, quibus boni illi Equites in certaminibus, eorumque Uxores in puerperiis innitebantur.

sa de Eril Camarera major de la Cesarea Magestad de la Enperatriz guarda Dios Nuestro Sennor mi Sennora, su Capellan y Criado el Canonigo Bartholome Rey y Sennaller estas per memoria le presenta. Sermo est de Margarita Theresia Philippi IV. Hisp. Regis Filia Leopoldo I. Imp. hoc anno in matrimonium tradita et in Germaniam missa.

DCCCLXXXV.

DCCCLXXXVI.

871 Codex membraneus lat. Sec. XV. Formae omnium minimae, Folior. 221. perbelle scriptus, auro coloribusque et praeter complura Frontispicia Iconibus etiam XIV. ab artificio penicillo commendandis speciosus, *Horarium* est complectens Officium S. Crucis, et S. Spiritus, Missam et Officium B. V. Mariae, VII. Psalmos Poenitentiales, Litanias OO. SS. Officium Defunctorum, aliasque Preces ad Deum et Coelites. Praetextum est *Calendarium* marginibus festiue exornatis, in quo cum ad diem 14. Decembr. *Nichasti Ep.* nomen purpura scriptum legatur, ad Dioecesin *Rhemensem* Codiculum olim pertinuisse arbitrari licet, ad *Gallias* sane pertinuisse *Ludovicus* uterque, *Rex* videlicet et *Tolosanus* in Litanis invocatus docet. In fol. praevio haec habentur. *A 13. de 7bre 1666. el Canonigo Bartholome Rey las (Horas) presenta el dia de su embarcation en Barcelona a la Excellentissima Sennora Conde-*

Codex membraneus lat. gall. 962
Sec. XV. Folior. 151. 4. literis longiusculis adproximatis scriptus, literis initialibus et marginibus plurimis deauratis et picturatis, et insuper XIV. Iconibus grandioribus ornatus *Horarium* est, cui frequentia insunt: *Calendarium*, in quo miniati 22. Jan. *Vincentius martir.* 9. Maji *Translacio sancti nicholay.* 4. Jul. *Translacio sancti martini.* 16. Octob. *Michaelis in monte tumba*, videlicet Adparitionis ejus, quae contigisse dicitur circa an. 706. *Auberto ep. Abrincensi* in scopulo marino ob pericula *Tumba* dicto, nunc *Monte S. Michaelis* cum Coenobio Benedictino in finu intra *Normanniam* et *Britanniam Aremor.* Succedunt Horae de Beata, Horae mixtae de Cruce, S. Spiritu, et Beata, Psalmi *Poenitentiales* cum Litanis, in quibus nominatim appellatur *Maurilius ep. Andegavensis*, et Oratio illa subjuneta: *Omnipotens sempiterne Deus*, quae hodie summo Pontifici adhibetur, ita